

Editorial conventions are as follows. This transcript attempts to reproduce the manuscript text as accurately and diplomatically as possible. No attempt has been made to emend the text at any point. Manuscript punctuation, capitalization and orthography have been preserved, including scribal distinctions between ‘e/ę’ and ‘ae/æ’, ‘u/U’ and ‘v/V’, etc. Abbreviations and suspensions have been expanded in *italic* type. Rubrics have been rendered in **bold** type. Folio changes are indicated within ‘[...]’. Letters and words that are unclear in the manuscript—whether due to erasure or some other cause of obscurity—are indicated within ‘[...]’; so, for example, ‘e[t]’ indicates that the ‘t’ in the word ‘et’ is unclear. Letters and words that are completely obscured are represented by ‘*’s within ‘[...]’; so, for example, ‘et [**]em sciat’ indicates that the first two letters in the second word are no longer visible in the manuscript. Modern scriptural references have been supplied, and are given within ‘{...}’.

Original chapter numbers have been retained. Note, however, that these are very often at variance with the chapter numbering used by Kerff and Richter. Because of this, a ‘Kerff’ number is supplied immediately below each canon whose numbering in the present transcript differs from that in Kerff/Richter. For the register (or index of titles) I have noted within ‘[...]’ wherever there is a discrepancy in chapter numbering with either the main text of the present transcript or with Kerff/Richter.

Corrections, additions and other alterations to the text are reported in-line within ‘{...}’, while editorial commentary is confined to footnotes. Standard notation for textual descriptions is used whenever possible: ‘sic’; ‘corr.’ (indicating the corrected form of the preceding word/phrase); ‘transp.’ (accompanied by indication of the transposed words); ‘add.’ (for in-line additions); ‘add. in mg./add. marg.’; ‘add. sup. lin.’; ‘gl. in mg./gl. marg.’; ‘gl. sup. lin.’; ‘ras.’ (indicating erasure of the previous word, unless otherwise noted); ‘cancell.’ (cancellation of the previous word, unless otherwise noted); ‘expunc.’ (expunction of the previous word, unless otherwise noted). Since nearly every correction appears to be contemporary or nearly contemporary with the text—and so may just as likely represent the work of the main scribe as that of a separate corrector—no attempt has been made to distinguish between different correcting hands. Only when a correction has been made by a much later hand has this been indicated.

Source information is provided as follows. When only a single source has been identified, that source is listed below the canon. When a canon contains two or more passages that each draw on a different source, these sources are listed in separate *Source* entries that correspond to the relevant passage in the canon. When two or more sources *for the same passage* have been identified, the most likely source is listed first, followed by subsequent sources separated by semi-colons. When, in the case of multiple sources, some are formal (immediate) and some are material (ultimate) sources, formal sources are listed first (in order of most to least likely), followed by a ‘—’, after which material sources are listed (in order of most to least likely). Any source following a ‘cf.’ (even if a semi-colon intervenes), should be understood to be an analogue or parallel, rather than a source. Occasionally, information such as ‘abbreviated’ (‘abbrev.’), ‘partial’, ‘paraphrased’ (‘paraphr.’), or ‘adapted’ has been given after a source to indicate the manner in which that source was used; in the case of multiple sources, such information is placed after a ‘|’ following the full list of sources, provided all of the preceding sources listed (even if a ‘—’ intervenes) have been used by the compiler in the same way. For example, if the sources listed for a given passage have all undergone the same sort of abbreviation, this would be indicated by ‘| *abbrev.*’ at the end of the source list for that passage; however, if just the formal sources have undergone (the same sort of) abbreviation, then this would be indicated by ‘| *abbrev.*’ following the list of formal sources (i.e. immediately before the ‘—’).

The following transcription includes source information that, while based initially on Kerff’s study, is the result ultimately of independent research.

[f. 1v] **HAEC PAUCA BEATITUDO UESTRA GRATIFICE QUAESO EXCIPIAT**

DEFLORATA quae non ex uno unius doctoris prato diuinae auctoritatis studui decerpere. sed per multorum patrum florigera rura. cordis et corporis ceruice summissa. studiose succinctim celeriterque ut iussio *sanctitatis* exstitit *uestrae* cucurri. et ex his hos odoriferos *domino* largiente prout potui flores excerpti. **Hancque** quadriformem huius uoluminis intexui coronulam. sicut in prelatiuncula subsequenti. *uestra sancta* dinoscere poterit industria. **Ex** quibus uero auctoribus uel opusculis ac institutis haec sint excerpta in margine uel titulis huius opusculi nomina eorum retinentur adscripta. **Obsecro** ut si cui haec transcribere placet eadem patrum nomina sicut in hac pauperrima excerptione adposita inuenerit suis in opusculis similiter adfigat. **Nemo** etenim haec *sanctorum* patrum eloquia praesumptiose repraehendat. sed potius consideret. quae pie sunt dicta et studiose relegat et opere ut *dominus* dederit studiosius adimpleat. Idcirco ex innumeris diuinis constitutionibus ad corrigendos uel instruendos mores humanos [f. 2r] tam exigua in hoc corpusculo collegi dicta. quia mihi *uestra* pia paternitas in paruissimo temporis curriculo. cursu haec iussit explere uelocissimo. **Nec** non et maxime obstitit mihi. quia codices huic operi necessarios ubi aliquando ad hoc opus pertinentia repperi testimonia minime habere potui. **Opto** paternitatem *uestram* bene semper ualere in *domino*.

HAEC SUNT SANCTORUM NOMINA PATRUM. QUORUM EX OPUSCULIS hic excerptionis constat editus esse libellus. Piissima *christi* iuuante gratia ex edictis beatissimi martyris cypriani cartaginensis *episcopi*. Nec non et clarissimi doctoris gregorii nazaneni *episcopi*. Ambrosii quoque mediolanensis. Iohannis chrisostomi. Basilii caesariensis. Fructuosi tarraconensis. *Sanctorumque* romanę sedis pontificum. innocenti leonis. caelestini. Simmachi G[el]elasi. {Gelasii *corr.*} atque gregorii. Seu et luciflui auctoris augustini ypponiensis *episcopi*. Aurelii cartaginensis. Isidori spalensis. Ac prosperi eloquentissimi *presulis*. *Sanctissimi* quoque hieronimi *presbiteri*. et cassiani facundissimi doctoris. Ac uenerabilis bedę *presbiteri*. *Sanctique* ferrioli martyris. et *sancti* Columbani confessoris. seu et maximi taurinensis *episcopi*. Caesar[**] {Caesarii *corr.*} arelatensis pontificis atque *sanctissimi* uiri effrem diaconi. aliorumque doctorum. [f. 2v] Nec non et ex sacrorum canonum institutis haec succinctim diuinae excerptae sunt sententiae.

IN NOMINE DEI SUMMI INCIPIT PRAEFATIO OPERIS SUBSEQUENTIS.

EX DIUERSIS SANCTORUM PATRUM OPUSCULIS UEL INSTITUTIS largiente *domino nostro iesu christo*. quattuor in huius uoluminis corpusculo excerpti continentur libelli. Primus denique de uita et predicatione ac discretione. nec non et sollicitudine sacerdotis enarrando breuitatis studio percurrit. Secundus de modis poenitentiae leuioribusque delictis ac satisfactione eorum. Tertius de mortalibus peccatis eorumque poenitudine ac satisfactione. nec non et de octo principalium uitiorum origine et uexatione ac curatione eorum eloquitur. Quartus de diuersis peccatis ac criminibus eorumque iudiciis ac satisfactionibus ex sacrorum canonum orthodoxorumque patrum institutis terminatur. Quisquis igitur indocti excerptoris haec percurrerit excerpta et congrue aliqua reppererit deflorata. dignas *domino* qui haec dedit referat gratias. si qua uero minus caute fortasse inuenerit excerpta compassus humane fragilitati excerptori indulgeat. et pro cunctis illius commissis apud piissimum aeter[f. 3r]numque iudicem assiduus piissimusque intercessor existat.

EXPLICIT PRAEFATIO.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI.

I. DE UITA SACERDOTUM QUALIS SIT.

II. De doctrina et exemplis sacerdotum.

III. De exemplis prauorum sacerdotum.

IIII. De sacerdotibus qui uerbo uel exemplo subiectos destruunt.

U. De sacerdotibus qui bene docent et male uiuunt.

VI. Quod nihil prosit sacerdoti etiam si bene uiuat si male uiuentes tacendo non contradicit.

UII. Qualis esse debet discretio in predicatione doctoris.

VIII. Quantus esse debet ordo *atque* consideratio predicationis in ore doctoris.

UIII. De doctrina et eruditiane {eruditione *corr.*} sacerdotis.

X. Qualiter sacerdos aliquando mala proximi taceat uel dicat.

XI. Quanta esse debet diuersitas in sermone predicationis.

XII. Qualis esse debet discretio in confessione peccatorum.

XIII. Qui uult confiteri peccata sua si omnibus debet confiteri et quibuslibet aut certis quibusque

XIIII. Si oportet gesta turbia *uel* obscena confitentem inuerecundius enuntiare omnibus aut certis quibusque *uel* quibus illis.

XU. Ut nullus ac confessori suo malas cogitationes suas occultet sed mox ut orte fuerint¹ confiteatur.

XVI. Qualem debent habere sacerdotes discretionem in iudicio poenitentiae.

XVII. Qualis esse debet sollicitudo circa poenitentes. [f. 3v]

Poenitentem ex corde quomodo oportet suscipi.

Erga eum qui pro peccato non poenitet quales esse debemus.

EXPLICIUNT CAPITULA LIPRI {sic} PRIMI.

¹ fuerint *corr. from* fuerant ?

INCIPIT LIBER PRIMVS

DE UITA SACERDOTUM QUALIS SIT.

SACERDOS {**GREGORIUS NAZZANZENUS** *add. in mg.*} **QVI ERVDIENDIS ATQVE INSTITUENDIS AD UIRTUTEM** POPULIS PRAEEST. OMNIBUS BONIS ACTIBUS PRAEDITUS esse debet. cui omni opere peccati post tergum relicto proficere in optimis conuenit. ita ut possit profectus sui exemplo inuitare. et inlicere ceteros ad uirtutem. precipue per humilitatis a *domino* nobis traditam formam. **Neque** satis est malum non esse [f. 4r] eum cui docendi summa committitur quod utique culpabile et dedecorosum est etiam in his quae docentur. sed oportet eum in bonis *sanctisque* operibus esse repletum. *secundum* mandatum illud quod dicit. **Declina a malo et fac bonum.** {Ps (LXX) 36:27} **Nec** sufficit de anima indignas abicere cogitationes et malarum rerum formas abolere. sed et prestantiores diuinioreque inserere atque conscribere. quia eius debitum constat officium mores corrigere. uitia purgare. emendare uitas et propositum ad meliora conuertere. et animas a languoribus uitiorum curare. uel a maculis peccatorum purgare sanasque conseruare. et infirmas ad ueram reducere sanitatem. **Oportet** {**ISIDORUS** *add. in mg.*} eum ut tanta humilitate clarescit. quanto plus ceteris culmine gradus sui choruscat. **Abstineat** etiam se a furore et a detractioe. indecenter quoque uel notabiliter non incedat. **A** turpibus uerbis uel otiosis linguam auertat atque indesinenter cor mundum labiaque exhibeat. affectus quoque animi turpes. ab intentione cogitationes {cogitationis *corr.*} abstergat. seque per conpunctionem cordis. in studio *sanctae* meditationis exerceat. **Torporem** somni atque pigritiae fugiat. Uigiliisque et orationibus sine intermissione intendat. **Gulae** concupiscentiam deprimat atque abstinentiae uirtutibus semetipsum pro studio domandorum libidinum [f. 4v] affligat. **Domans** {**FRUCTUOSUS** *add. in mg.*} ieiuniis carnem quantum ualitudo corporis. liuorem et inuidiam. iracundiam. ac perturbationem. superbiam. uanam gloriam. atque auaritiam procul a se abiciat. Uini nimiam perceptionem respuat. luxoriam libidinemque fortiter aborreat. **Cuiusque** tanta debet sermonis et uitae consonantia esse ut id quod docet uerbis. confirmet operibus sedulis. et bis acuto precedens gladio quicquid alios informat uerbo. iugi ipse regat studio. ut nec sermonem operatio destruat. nec contra operationem bonam sermo inconueniens frangat. **Oportet** {**BASILIIUS** *add. in mg.*} ergo eum doctum esse ueteris nouique testamenti

doctrina. ut omnibus pro remedio poenitentiae salubrique consilio adesse {ad se *corr.*} concurrentibus de sacro scripturarum fonte. pocula salutifera ualeat ministrare. sicut christi minister et dispensator ministeriorum {misteriorum *corr.*} dei {1 Cor 4:1} secundum quod unicuique expedit. Uerum is qui preest et uerbi dei ministerium exhibet si neglexerit adnuntiare unicuique et intimare de singulis {sic} uelut homicidia {homicida *corr.*} iudicabitur animarum secundum scripturas. huius {ISIDORUS *add. in mg.*} autem sermo debet esse purus simplex et apertus. plenus grauitatis et honestatis. plenus suauitatis et gratiae. Cui pre ceteris speciale officium est scripturas legere. percurrere canones exempla sanctorum imitari. Uigiliis ieiuniis orationibus [f. 5r] incumbere. habeat etiam inter haec omnia castitatis eminentiam. ita ut mens christo dedita ab omni inquinamento carnis sit munda et libera. Inter haec oportebit eum sollicita dispensatione curam pauperum gerere. Esurientes pascere. Nudos uestire. Peregrinos suscipere. Captiuos redimere. Uiduas ac pupillos tueri. Peruigilem in cunctis exhibere curam. Ad {AMBROSIUS *add. in mg.*} hoc enim factus est dux populi. ut huius salutis sollicitudinem gerat. ad hoc utique deus illum super populum suum constituit ut proficiat saluti plebis suae. Ammonendo. Docendo. Exemplum bonum ostendendo. Scire {GREGORIUS PAPA *add. in mg.*} etenim debet quia si peruersa umquam perpetrat tot mortibus dignus est quot ad subditos suos perditionis exempla transmittit. sed {ORIGENES *add. in mg.*} et ualde congruum est ut feminarum consortia is qui ecclesiae dei preest congrue refugiat. si autem apud fratres aut apud extraneos ospitatur ubi mulieres intersunt omnino se artet ne passibilitate aliqua uitietur. se motus secretus deo uacet. ne intus capiatur a diabolo. Mulier autem ait salomon pretiosas animas capit. {Prv 6:26} Et iterum de uestimento procedit tinea et a muliere iniquitas. {Sir 42:13} Et iterum. in medio mulierum noli assiduus esse. {Sir 42:12} Oportet autem rectorem ecclesie ut per omnia indesinenter caelestia diligat terrena et peritura [f. 5v] non ambiat. a mundi se uoluptatibus absteineat. non spectaculis. Non pompis intersit. conuiuia publica fugiat. Priuata {ISIDORUS *add. in mg.*} non tantum pudica sed sobria colat. Usuris nequaquam incumbat. Neque turpium occupationes lucrorum fraudesque cuiusquam studiose appetat. amorem pecuniae quasi matheriam cunctorum criminum fugiat. secularia officia negotiaque abiciat. Dolos et coniurationes caueat. Obscenitatem et [uit]am {et uitam *corr. to etiam*} uerborum sicut et operum penitus exsecretur. semperque studiosissime caritatis affectu erga delinquentes peccantesque inuigilet. ut animarum maculas abstergat. Cum {GREGORIUS NAZZANZENUS *add. in mg.*} bene quidem currentibus currat. Male autem currentes refrenet ac reuocet.

Michael D. Elliot, July, 2013

Collectio quadripartita, Book 1 (Stuttgart HB VII 62)

aliquando separet de ecclesia aliquando recipiat et caritate confirmet. Aliquando lugeat eos qui peccauerunt et non egerunt poenitentiam. {2 Cor 12:21} Laetificetur uero ex his qui bona agunt. singulariter obseruandum est huic qui populo dei preest ut in omnibus quae sua sunt rationabiliter neglegat et condempnet pro utilitate ceterorum. Infirmos denique mente et corpore uisitet eosque ad ueram et perpetuam salutem ortando prouocet omnesque in uinculis positos. ut ad ueram {et *add. s.l.*} eternam libertatem tendant ammoneat. et ex facultate et substantia sua cum omni gaudio ministret. et indesinenter orationibus [f. 6r] lectioni ieiunio atque elemosinis cum feruore diuino insistat. Et quid amplius uita et sermone uel intellectu. omnique in tempore demonstret populo cui preest ut possit in utroque perfectus fieri habitaculum spiritus sancti per quem solus deus et intellegitur et interpretatur et auditur.

Kerff: 1.1

- Source (rubric [de uita sacerdotum qualis sit])* *unidentified*
- Source (qvi erudiendis ... uirtutem populis praeest)* *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 14 (ed. Engelbrecht, 16, lines 16–17)*
- Source (omnibus bonis actibus praeditus esse debet)* *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 14 (ed. Engelbrecht, 16, lines 19–20), adapted*
- Source (omni opere peccati ... traditam formam)* *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 15 (ed. Engelbrecht, p. 17 line 22–p. 18 line 3)*
- Source (neque satis est ... inserere atque conscribere)* *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 14 (ed. Engelbrecht, 16, lines 17–24). Note: ‘in bonis sanctisque operibus esse repletum’ not in source.*
- Source (quia eius debitum constat officium)* *unidentified*
- Source (mores corrigere ... ad meliora conuertere)* *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 18 (ed. Engelbrecht, 20, lines 12–14)*
- Source (et animas ... maculis peccatorum purgare)* *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 21 (ed. Engelbrecht, 22, lines 23–25), adapted*
- Source (sanasque conseruare ... reducere sanitatem)* *unidentified*
- Source (oportet eum ut tanta ... libidinum affligat)* *BEN.AN. Cod.reg. 000 (eds Holste–Brockie, 000) — ISIDORE Regula 3*
- Source (domans ieiuniis ... inconueniens frangat)* ...
- Source (oportet ergo eum ... unicuique expedit)* ...
- Source (uerum is qui preest ... secundum scripturas)* ...
- Source (huius autem sermo ... exhibere curam)* ...
- Source (ad hoc enim factus ... bonum ostendendo)* ...
- Source (scire etenim debet ... exempla transmittit)* ...

Michael D. Elliot, July, 2013

Collectio quadripartita, Book 1 (Stuttgart HB VII 62)

Source (sed et ualde congruum ... non ambiat) ...

Source (a mundi se ... maculas abstergat) ...

Source (cum bene quidem ... qui bona agunt)

GREG.NAZIANZ.—RVFINVS Apologeticus 54 (ed. Engelbrecht, 44 line 21–p. 45 line 1), adapted. Note: ‘qui peccauerunt et non egerunt poenitentiam’ (cf. 2 Cor 12:21) and ‘qui bona agunt’ not found in source

Source (singulariter ... utilitate ceterorum)

GREG.NAZIANZ.—RVFINVS Apologeticus 54 (ed. Engelbrecht, 45, lines 12–14), adapted

Source (infirmos denique mente ... diuino insistat)

unidentified

Source (uita et sermone ... interpretatur et auditur)

GREG.NAZIANZ.—RVFINVS Apologeticus 39 (ed. Engelbrecht, 32, lines 17–20), adapted

II. DE DOCTRINIS ET EXEMPLIS SACERDOTUM.

TAM {**ISIDORUS** *add. in mg.*}² DOCTRINA QUAM UITA CLARERE debet ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine uita arrogantem reddit. Uita sine doctrina inutilem facit. Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda est. ita ut quod docet uerbis instruat et exemplis. Vera est enim illa doctrina quam uiuendi sequitur forma. Sicut enim in nomisma. metallum et figura et pondus inquiritur. ita in omni doctore ecclesiastico quid sequatur. quid doceat quomodo uiuat. Per qualitatem igitur metalli doctrina per figuram similitudo patrum. per pondus humilitas designatur. Qui ergo ab his tribus discrepauerit. non metallum. sed terrę erit.

Kerff: 1.2

Source (rubric)

cf. CAAC.816.20 (ed. Werminghoff, 343, line 19), which has ‘præpositorum’ instead of ‘sacerdotum’

Source

CAAC.816.20 — ISIDORE Sententiae 3.36 | abbrev.

III. DE EXEMPLIS PRAUORUM SACERDOTUM.

SEPE {**ISIDORUS** *add. in mg.*} PER QUOS IUSTITIA DOCETUR per ipsos peccati morbus inrepit et mors ad plebes pertransit. scilicet ut dum mala docent uel dum faciunt praua [f. 6v] Plerique sacerdotes et clerici prauē uiuentes. forma ceteris in malum existunt qui bonis exemplum esse debuerunt. Hi enim quoscumque exemplo male conuersationis suae perdunt. de

² This inscription is added twice in the margin, once in the right and once in the left.

illis sine dubio rationem reddituri sunt. Unde et inter cetera beatus papa gregorius ait. Scire {**GREGORIUS PAPA** *add. in mg.*} etenim prelati debent. quia si peruersa unquam perpetrant. tot mortibus digni *sunt* quod ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est ut tanto se cautius a culpa custodiant quanto per praua quae faciunt non soli moriuntur.

Kerff: 1.3

Source (rubric)

CAAC.816.30 (ed. Werminghoff, 352, line 14)

Source (sepe per quos ... reddituri sunt)

*CAAC.816.30 (ed. Werminghoff, 352, lines 14–18) — ISIDORE
Sententiae 3.38.1–2*

Source (scire etenim ... soli moriuntur)

...

III. DE SACERDOTIBUS QUI UERBO UEL EXEMPLO SUBIECTOS DESTRUUNT.

PLERIQUE {**GREGORIUS PAPA** *add. in mg.*} SACERDOTES BONA QUAE UERbis predicant. moribus inpugnant. Unde fit ut cum pastor per abrupta graditur. ad precipitium grex sequatur. De quibus per prophetam dominus ait. facti sunt domui israel in offendiculum iniquitatis. {Ez 44:12} Nemo quippe amplius in ecclesia nocet. quam qui peruerse agens. nomen uel ordinem *sanctitatis* habet. delinquentem namque hunc redarguere nullus presumit et in exemplum culpa uehementer extenditur. quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Qui ergo ad *sanctitatis* speciem deluctus uel uerbo ceteros destruxit uel exemplo. melius profecto fuerat ut hunc ad mortem sub exteriori habitu [f. 7r] terrena acta constringerent. quam sacro {*sacra corr.*}³ officia in culpa ceteris imitabilem demonstrarent. quia nimirum si solus caderet utcumque hunc tolerabilior inferni poena cruciaret.

Kerff: 1.4

Source (rubric)

unidentified

Source

...

V. DE SACERDOTIBUS QUI BENE DOCENT ET MALE UIUUNT.

INTERDUM {**ISIDORUS** *add. in mg.*} DOCTORIS UITIO. ETIAM ipsa uerax doctrina uilescit. et qui non uiuit sicut docet ipsam quam predicat ueritatem contemptibilem facit. Qui bene docet et male uiuit. quod dicit bene uiuentibus proficit. qui uero male uiuit seipsum occidit.

³ Scratched correction

Michael D. Elliot, July, 2013

Collectio quadripartita, Book 1 (Stuttgart HB VII 62)

Qui bene docet et male uiuit aliis utilis est loquendo. se autem interficit praue uiuendo. Ac per hoc quod in illo mortuum est. proprium eius est. quod uero uiuit in eo. id est sacrum ministerium. quod est uitae alienum est. qui bene docet. et male uiuit. uidetur ut cereus aliis dum bonum exponit lucem prestare. si {se *corr.*}⁴ uero in malis suis consumere atque extinguere.

Kerff: 1.5

Source (rubric)

cf. CAAC.816.29 (ed. Werminghoff, 352, line 1), which has 'his' instead of 'sacerdotibus'

Source (interdum doctoris ... seipsum occidit)

CAAC.816.29 (ed. Werminghoff, 352, lines 1–7) — ISIDORE Sententiae 3.37.1–5 (ed. Cazier, 000, lines 000–000) | abbrev. Note: 'Qui bene docet et male uiuit tamquam aes aut cymbalum sonum facit aliis ipse tamen sibi manet insensualis' probably omitted through homoioteleuton.

Source (aliis utilis est ... sacrum ministerium)

CAAC.816.29 (ed. Werminghoff, 352, lines 9–12) — ISIDORE Sententiae 3.37.5–6 (ed. Cazier, 000, lines 000–000). Note: 'quod est uitae' not in source.

VI. QUOD NIHIL PROSIT SACERDOTI ETIAM SI BENE UIUAT. SI MALE UIUENTIBUS DACENDO⁵ {sic} NON CONTRADICIT.

ECCLESIAE {CASSIODORUS add. in mg.} DEI PREPOSITUS NON SOLUM bene uiuendo alios exemplo suae conuersationis instituat. sed etiam fiducialiter p̄dicando singulis ante oculos pec[f. 7v]cata constituat. quae poena maneat duos. quae gloria oboedientes ostendat. Nullius salutem desperando contempnat animas emendari nolentium plangat. imitetur apostolum qui ait ut lugeam multos ex his qui ante peccauerunt et non egerunt poenitentiam. {2 Cor 12:21} Et iterum. quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror? {2 Cor 11:29} Ille autem cui dispensatio uerbi commissa est. etiam si sanctae uiuat. et tamen p̄ditae⁶ uiuentes arguere. aut erubescat. aut metuat. Cum omnibus qui eo tacente perierint perit. et quid ei proderit non puniri suo qui puniendus est alieno peccato? Testatur dominus p[] {per *corr.*} hiezechihelam prophetam dicens. Si impio inquit locutus non fueris. ut se ab impietate sua custodiat et ille perierit. sanguinem eius de manu tua requiram. {cf. Ez 33:8} Hoc est dicere. si ei**

⁴ Scratched correction.

⁵ Read *tacendo*.

⁶ *p̄ditae corr. to perditae through scratching?*

Michael D. Elliot, July, 2013

Collectio quadripartita, Book 1 (Stuttgart HB VII 62)

peccata sua non adnuntiaueris. si eum non argueris ut ab impietate sua conuertatur et uiuat. {cf. Ez 33:18} et te qui non increpasti. et ipsum qui te tacente peccauit flammis perennibus perdam.

Quis rogo tam saxei pectoris. quis tam ferreus erit. quem sententia ista non terreat? qis⁷ {sic} tam alienus a fide. qui sententiae isti non credat?

Kerff: 1.6

Source (rubric)

cf. CAAC.816.26 (ed. Werminghoff, 347, lines 27–8) and PHAL.800.5.18/IVL.POM. De vita contemplativa 1.20, which have ‘uiuentes ... arguat’ and ‘uiuentem ... corrigit’ (respectively) instead of ‘uiuentibus ... contradicit’

Source (ecclesiae dei ... ego non uror)

CAAC.816.26 (ed. Werminghoff, p. 347 line 34–p. 348 line 2); PHAL.800.5.18 — IVL.POM. De vita contemplativa 1.20.1 (PL 59, col. 434B)

Source (ille autem cui ... alieno peccato)

CAAC.816.26 (ed. Werminghoff, 348, lines 6–9); PHAL.800.5.18 — IVL.POM. De vita contemplativa 1.20.2 (PL 59, col. 434C)

Source (testatur ... prophetam dicens)

cf. CAAC.816.26 (ed. Werminghoff, 348, lines 9–10); PHAL.800.5.18 — cf. IVL.POM. De vita contemplativa 1.20.2 (PL 59, col. 434C)

Source (si impio inquit ... isti non credat)

CAAC.816.26 (ed. Werminghoff, 348, lines 21–6); PHAL.800.5.18 — IVL.POM. De vita contemplativa 1.20.3 (PL 59, col. 435B)

QUALIS ESSE DEBET DISCRETIO IN PRAEDICATIONE DOCTORIS. [f. 8r]

SCIENDUM {**GREGORIUS NAZZANZENUS** *add. in mg.*} ILLUD IN PRIMIS EST in multitudine permixta atque diuersa ubi aetas et institutio uaria de talibus disputantem et uelut multarum chordarum quandam citharam ferientem inuenire et proferre aptum ad omnes praedicationis uerbum. et ita uelut plectrum singulis admouere conuenit ut nusquam sonus offendat auditum. Triplici namque ex modo in ecclesia dicendum periculum pendet. ex sensu. ex uerbo. ex auditu. ut perfacile ueniat in uno saltim aliquo. si non in omnibus labi. aut enim minus inluminatus est sensus. Aut ad explanandum defuit sermo sufficiens. Aut bene prolata crassior non recipit auditus. et ex uno quolibet horum casu fit in omnibus periculum ueritatis. Et quidem in aliis quibusque studiis et doctrinis facile. uel profertur sermo. uel recipitur. In his uero nostris scolis ipsa auditorum spectatio dicturo periculum generat. Tamquam enim de deo audituri et de summa omnium spe ac salute suscepturi uerbum. Non omnibus una eademque doctrina est

⁷ pius et propitius *added in left margin by contemporary hand*

Michael D. Elliot, July, 2013

Collectio quadripartita, Book 1 (Stuttgart HB VII 62)

adhibenda. sed pro qualitate morum diuersa exhortatio erit doctorum. Nam quosdam increpatio dura. quosdam uero exhortatio corrigit blanda. sicut periti medici [f. 8v] ad uarios corporis morbos diuerso medicamine seruiunt. Ita ut iuxta uulnerum uarietates medicina diuersa sit. sic et doctor ecclesie singulis quibusque congruum doctrine remedium adhibebit et quid cuique oporteat pro sexu pro aetate ac professione adnuntiabit.

Kerff: 1.7

Source (rubric)

unidentified

Source (sciendum ... suscepturi uerbum)

GREG.NAZIANZ.—RVFINVS Apologeticus 39–40 (ed. Engelbrecht, p. 32 line 22–p. 33 line 13). Note: ‘quod perdifficile negotium est’ probably omitted through homoioteleuton.

Source (non omnibus ... adnuntiabit)

CAAC.816.23 (ed. Werminghoff, 344, lines 27–32) — ISIDORE Sententiae 3.43.1–2

VIII. QUANTUS ESSE DEBEAT ORDO ATQUE CONSIDERATIO PRAEDICATIONIS IN ORE DOCTORIS.

PENSARE {**GREGORIUS PAPA** *add. in mg.*} ETENIM DOCTOR DEBET quid loquatur. Cui loquatur. quando loquatur. qualiter loquatur et quantum loquatur. si enim unum horum defuerit locutio apta non erit. Scriptum quippe est. Si recte offeras. recte autem non diuidas peccasti. {Gn (LXX) 4:7} Recte autem offerimus cum bono studio. bonum opus agimus sed recte non diuidimus si habere discretionem in bono opere postponamus. Considerare etenim debemus quid loquamur ut iuxta pauli uocem sermo noster semper in gratia sale sit conditus. {Col 4:6} Pensandum nobis est cui loquamur quia sepe increpationis uerbum quod haec admittit persona. altera non admittit. et sepe ipsa eadem persona secundum factum fit altera. Unde nathan propheta dauid post adulterium forte increpationis sententia[m] {sententia *corr.*} percussit. qui cum de raptore ouis diceret filius mortis est uir qui fecit hoc. {2 Sm 12:7} ei [f. 9r] protinus respondit dicens tu es ille uir. {2 Sm 12:7} Cui tamen cum de salomonis regno loqueretur. quia culpa defuit ei se humiliter in oratione prostrauit. In una ergo eademque persona quia causa dispar exstitit. etiam sermo propheticus dissimilis fuit. Pensandum quoque est quando loqui debeamus quia sepe et si difertur increpatio. Postmodum benigne recipitur. et non numquam languescit si hoc quod ante proferre {proferri *corr.*} debuit tempus a[*]miserit. {amiserit *corr.*} Nam et sapiens mulier. nabal ebrium uidens increpare de culpa tenatiae noluit. quem degesto uino

increpationis suae uerbis utiliter percussit. Et propheta adulantium linguas non esse in
 subsequenti tempore differendas adnuntiat qui ait. Confundantur statim erubescences qui dicunt
 mihi euge euge. {Ps (LXX) 69:4} Adulatio etenim si uel ad tempus patienter suscipitur augetur
 et paulisper demulcit animam ut ad rigorem suae rectitudinis mollescat in delectationem
 sermonis. sed ne crescere debeat statim est et sine mora ferienda. Pensandum quoque nobis est.
 qualiter loquamur. Nam sepe uerba quae hunc ad salutem reuocant alium uulnerant. Unde paulus
 quoque apostolus qui titum ammonet dicens. Argue. Obsecra. Increpa. cum omni imperio. {Tit
 2:15} Ad timotheum [f. 9v] uero. Argue. Obsecra. Increpa in omni patientia et doctrina. {2 Tim
 4:2} Quid est quod uni imperium et alium patientiam precepit. nisi quod unum lenioris. alterum
 uero feruentioris spiritus esse conspexit. Uni per auctoritatem imperii iungenda erat seueritas
 uerbi. Is autem qui per spiritum feruebat. per patientiam temperandus fuerat. Ne se ei plus iusto
 inferuere. non ad salutem uulnerata reduceret. sed sana uulneraret. Curandum quoque
 quantum loquamur. necesse est qui multa ferre non ualet. per uerbum uel exhortationis. uel
 increpationis longius trahimus. auditorem nostrum ad fastidium perducamus. Vnde isdem
 predicator egregius ebreis loquitur dicens. Obsecro uos fratres ut sufferatis uerbum solatii.
 Etenim per pacis {pauca corr.} scripsi uobis. {Hbr 13:22} hoc tamen infirmis precipue congruit
 ut pauca quidem et quae capere preualent audiant. sed quae eorum mentem in poenitentiae dolore
 compungant. Nam si eis uno in tempore exhortationis sermo fuerit multipliciter dictus quia multa
 retinere non ualet simul admittunt omnia. Unde et medici corporum pannos suos quos
 infirmantibus stomachis ponunt. apto quidem medicamine sed subtiliter liniunt. Ne si repleti
 multo medicamine fuerint infirmitatem stomachi non roborantes adiuuent. sed
 opprimentes grauent. Sciendum tamen qui et si quando modum suum sermo proluxior transeat
 periculosum hoc auditoribus non est. Si autem qualiter quid dicatur. et quibus dicatur
 [*]uigilanter {uigilanter corr.} aspicitur ualde periculosum. Uerecunde etenim mentes si quas
 fortasse culpas amiserint. leniter arguendi sunt. quia si asperius increpantur. franguntur potius
 quam erudiantur. At contra mentes aspere atque inpudentes si increpate leniter fuerint ad maiores
 culpas ipsa lenitate prouocantur. Unde necesse est ut sermo semper praedicantis. cum auditorum
 debeat qualitate formari. Ne aut uerecundis aspera. aut inpudentibus lenia loquatur. Quid autem
 mirum si hoc uerbi dei erogator faciat cum et agricola qui semen in terra mittit. prius terre
 qualitatem praeuidit quibus seminibus apta uideatur. et postquam qualitatem terre praeuiderit
 tunc semina spargit. Sicut ergo non una medicinae species. Omnibus adhibetur egrotis. ita neque

Michael D. Elliot, July, 2013

Collectio quadripartita, Book 1 (Stuttgart HB VII 62)

idem sermo conuenit uniuersis. quia sicut multae ac diuersę sunt in anima speties deprauationis. Ita et multę sunt restitutionis quorum omnium scientia ac disciplina uigere debet apud eum cui animarum instituendarum cura committitur. Ex quibus nos quam plurima nunc breuitatis studio pretermittimus. [f. 10v]

Kerff: 1.8

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (pensare etenim ... lenitate prouocantur)</i>	<i>GREG.MAG. Hom.in Hiezechihelem 1.11 (ed. Adriaen, 000, lines 223–000)</i>
<i>Source (unde necesse est ... tunc semina spargit)</i>	<i>GREG.MAG. Hom.in Hiezechihelem 1.11 (ed. Adriaen, 000, lines 352–000)</i>
<i>Source (sicut ergo non ... conuenit uniuersis)</i>	<i>GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 28 (ed. Engelbrecht, 26, lines 17–19)</i>
<i>Source (multae ac diuersę ... studio pretermittimus)</i>	<i>GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 43 (ed. Engelbrecht, 36, lines 3–7)</i>

VIII. DE DOCTRINA ET ERUDITIONE SACERDOTIS.

QUI {HIRONIMUS *add. in mg.*} PASTOR EST. ESSE DEBET ET MAGISTER. nec in ecclesiis quamuis *sanctus* sit pastoris sibi nomen adsumere audeat. nisi possit docere quos pascit. quia si ei tantum *sancta* sit uita sibi potest prodesse sic uiuens. Porro si et doctrina et sermone fuerit eruditus potest ceteros quosque instruere. et non solum instruere et docere suos sed et aduersarios repercutere qui nisi refutati fuerint. atque conuicti facile quaeunt simplicium corda percutere.

Kerff: 1.9

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (qui pastor ... quos pascit)</i>	<i>DEFENSOR Lib.scintill. 32.27 — JEROME Comm.in IV ep.Paul., liber II ad Eph. vers. 4:11–12 (PL 26, col. 500B)</i>
<i>Source (quia si ei ... corda percutere)</i>	<i>cf. ISIDORE De eccl.offic. 2.5 (ed. Lawson, 000, lines 160–000), and CAAC.816.9 (ed. Werminghoff, 325, lines 16–19), both of which lack the phrase ‘et non solum instruere’ (the latter also lacking ‘et sermone’) — JEROME Comm.in IV ep.Paul., ad Tit. vers. 1:8–9 (PL 26, col. 569D). Note: the omission in ISIDORE (and thus in CAAC.816) of the phrase ‘et non solum instruere’ (found in JEROME) almost certainly due to homoioteleuton.</i>

X. QUALITER SACERDOS ALIQUANDO MALA PROXIMI TACEAT UEL DICAT.

QUI {**ISIDORUS** *add. in mg.*} **DOCENDI** ACCEPIT OFFICIUM INterdum ad tempus mala proximi taceat quae statim corrigere nequaquam existimat. Nam si corrigere potest et dissimulat. Uerum est quod consensum erroris alieni habeat. plerique *sancti* doctores pro mali pertinatia quia iniquos emendare nequeunt. his tacere disponunt. sed calorem *spiritus* quo aguntur ferre. non sustinentes iterum increpationem prosiliunt impiorum.

Kerff: 1.10

Source (rubric)

unidentified

Source

CAAC.816.25 (ed. Werminghoff, 347, lines 22–19) — ISIDORE Sententiae 3.44.5–6, with ‘iniquorum’ instead of ‘impiorum’

XI. QUANTA ESSE DEBET DIUERSITAS IN SERMONE PRAEDICATIONIS.

NON {**GREGORIUS PAPA** *add. in mg.*} **UNA** EADEMQUE CUNCTIS EXORtatio congruit. quia nec cunctos par morum qualitas [f. 11r] astringit. sepe namque aliis officiunt quae aliis prosunt quia et plerumque erbe quam {quae *corr.*}⁸ haec animalia nutriunt. alia occidunt. et lenis sibilus equos mitigat. catulos instigat. et medicamentum quod hunc morbum inminuit. alteri uires iungit. et panis qui uitam fortium roborat paruulorum necat. **Pro** qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum. ut et ad singula singulis congruat. et tamen a communis aedificationis arte numquam recedat. **Unde** et *sanctus* gregorius nazanzenus praesul beatissimus et doctor suauiissimus inter cetera ait. **Sicut** {**GREGORIUS NAZZANZENUS** *add. in mg.*} non una medicine species omnibus adhibetur. ita neque *idem* sermo conuenit uniuersis. Non *idem* motus competit femine et uiro. uel seni ac iuueni. neque pauperi et diuiti. laetis ac tristibus *incommodis*. et uegetis. principibus et subiectis. sapientibus et imperitis. Timidis et audacibus. Iracundis et mitibus. Proficientibus et declinantibus. et adhuc interiora perquiram. **Non** eadem conueniunt his qui in coniugiis *sunt* et his qui liberi sunt a coniugali iugo sed et inter ipsos rursum differentia est eorum qui in desertis uitam ducunt. et eorum qui *communem* cum ceteris *mixtam* habent conuersionem. et rursum non eadem aptabuntur his qui rationabiles [f. 11v] sunt in fide. et perspicaces in scripturis et his qui sola simplicitate proficiunt. sed et his qui ex urbana conuersione descendunt et illis qui ex agresti et rustica ueniunt. Non eadem simplicibus et

⁸ Scratched correction.

astutis. Neque in negotiis positis. et procul ab eis agentibus ac quietis. Neque his qui post plagas peccatorum conuersi sunt. et his qui ante experientiam mali diligerunt bona in quibus singulis permulta habenda est differentia. Alios quidem sermo solus emendat. Alios exempla conuertunt. Nonnulli stimulis incitandi. Alii frenis inhibendi sunt pro eo quod tardiores sunt. Alii et pigri sunt ad opus bonum qui utique competenter sermonum uerberibus excitantur. Alios consolatorius sermo corrigit. Alios increpatio. et alios conuenit coram omnibus argui. Alios secretius commoneri. Nonnulli etenim monita secretiora contempnunt. Erubescunt uero publicam notam. Aliquibus uero irasci debemus non irati. et contempnere aliquos. sed non contempnentes. Et desperare non disperantes. quando quidem ita uniuscuiusque requirit ingenium. Alios curare lenitate debemus. Alios humilitate coniungendo eis uidelicet nosmetipsos. et unam eademque {eandemque corr.} spei regulam pollicendo. Et alios quidem uincere. ab aliis autem uinci interdum melius fuit. et aliorum quidem prosperitatem et potentiam [f. 12r] Aliorum uero paupertatem et abiectiorem conlaudare non numquam conuenit et amplecti. Omnia autem quae supra commemorauimus prout tempus {tempus corr.} uel res uel ipsa animarum egritudo permittit agenda sunt. Uerum uniuersa sermone distinguere et explicare per singula. ita ut omnem medendi curam per ordinem describamus impossibile puto.

Kerff: 1.11

<i>Source (rubric)</i>	<i>unidentified</i>
<i>Source (non una eademque ... numquam recedat)</i>	...
<i>Source (sicut non una ... habenda est differentia)</i>	<i>GREG.NAZIANZ.—RVFINVS Apologeticus 28–9 (ed. Engelbrecht, p. 26 line 17–p. 27 line 10)</i>
<i>Source (alios quidem sermo ... uerberibus excitantur)</i>	<i>GREG.NAZIANZ.—RVFINVS Apologeticus 30 (ed. Engelbrecht, 27, lines 20–4)</i>
<i>Source (alios consolatorius sermo ... publicam notam)</i>	<i>GREG.NAZIANZ.—RVFINVS Apologeticus 31 (ed. Engelbrecht, 28, lines 3–6)</i>
<i>Source (aliquibus uero irasci ... conuenit et amplecti)</i>	<i>GREG.NAZIANZ.—RVFINVS Apologeticus 32 (ed. Engelbrecht, 28, lines 20–8)</i>
<i>Source (omnia autem quae ... impossibile puto)</i>	<i>GREG.NAZIANZ.—RVFINVS Apologeticus 33 (ed. Engelbrecht, 29, lines 4–9), abbrev., adapted</i>

XII. QUALIS DEBET ESSE DISCRETIO IN CONFESIONE PECCATORUM.

Michael D. Elliot, July, 2013

Collectio quadripartita, Book 1 (Stuttgart HB VII 62)

CONFITEMINI {**BEDA** *add. in mg.*} AIT IACOB APOSTOLUS ALTERUTrum peccata uestra. et orate pro inuicem ut saluemini. {Iac 5:16} In hac autem sententia. illa debet esse discretio. ut cotidiana leuiaque peccata alterutrum coequalibus confiteamur. eorumque cotidiana credamus oratione saluari. Porro grauioris lepre inmunditiam iuxta legem sacerdoti pandamus atque ad eius arbitrium qualiter et quanto tempore iusserit purificare curemus.

Kerff: 1.12

Source (rubric) *unidentified*

Source *BEN.AN. Conc.reg. 36.6.6–8; BEN.AN. Cod.reg. 000 (eds Holste–Brockie, 000); cf. HINCMAR Vita Remigii 5 (ed. Krusch, 270, lines 20–5), whose wording differs slightly — BEDE In epist.VII cath., liber I.5, in Iac. vers. 5:16 (ed Hurst, 000, lines 183–190). Note: ‘ait iacob apostolus’ not in source.*

XIII. INTERROGATIO QUI UULT CONFITERI PECCATA SUA SI OMNIBUS {OMNIBUS *corr.*} DEBET CONFITERI ET QUIBUSLIBET AUT CERTIS QUIBUSQUE. RESPONSIO SANCTI BASILII EPISCOPI.

CLEMENTIA {**BASILIIUS** *add. in mg.*} DEI ERGA EOS QUI DELiquerunt manifesta est. *secundum* quod scriptum est. Quia non uult mortem morientis. sed ut reuertatur et uiuat. {Ez 18:32, 33:11} Quia ergo et conuersionis modus aptus esse et conuertenti a pec[f. 12v]cato fructus dignus ostendi debet per penitentiam {poenitentiam *corr.*} *secundum* quod scriptum est. Facite fructus dignos poenitentiae. {Lc 3:8} Ne forte *secundum* comminationem illam eueniat his qui non poenitent *quod* scriptum est. Omnis arbor quae non facit fructum bonum. excidetur et in ignem mittetur. {Mt 7:19} Necessarium uidetur his quibus dispensatio misteriorum dei commissa est confitenda esse peccata. Sic enim et antiquitus poenitentes inueniuntur apud *sanctos* confessi esse peccata sua. scriptum est enim in euangelio quia iohanni baptistae confitebantur peccata sua. Et in actibus apostolorum. *apostolis* a quibus et baptizabantur.

Kerff: 1.13

Source (incl. rubric) *BEN.AN. Conc.reg. 15.2; BEN.AN. Cod.reg. 000 (eds Holste–Brockie, 000) — BASIL—RVFINVS Regula 21*

**XIII. INTERROGATIO SI OPORTET GESTA TURPIA UEL OBSCENA
CONFITENTES INUERECUNDIUS ENUNTIARE OMNIBUS AUT CERTIS
QUIBUSQUE UEL QUIBUS ILLIS. RESPONSIO.**

CONFESSIO {**BASILIVS** *add. in mg.*} PECCATORUM HANC HABET curationem quam habet uulnus aliquod corporis uel passio quae medico demonstranda est. sicut ergo non omnibus quis uitia uel uulnera corporis sui reuelat nec quibuslibet. sed his tantummodo qui summe peritiae testimonium habent et cure ac medelę⁹ disciplinam. ita et confessio peccatorum fieri debet apud eos tantummodo qui curare haec praeualent et emendare. *secundum* quod scriptum est. Uos qui fortiores estis. infirmitates infirmorum portate. {Rom 15:1} hoc est auferre et exportare [f. 13r] per curationem. *Sanctissimus* etenim pater benedictus de hac re inter cetera ait. Peccatum {**BENEDICTUS** *add. in mg.*} inquit animae si fuerit latens spiritalibus senioribus est patefaciendum. qui sciunt curare sua et aliena uulnera non detegere et publicare.

Kerff: 1.14

Source (rubric + confessio ... per curationem)

BEN.AN. Conc.reg. 15.4; BEN.AN. Cod.reg. 000 (eds Holste-Brockie, 000) — BASIL-RVFINVS Regula 200

Source (peccatum inquit ... detegere et publicare)

BEN.AN. Conc.reg. 36.1.5; BEN.AN. Cod.reg. 000 (eds Holste-Brockie, 000) — BEN. Regula 46.5 | adapted

**XU. UT NULLUS SACERDOTI AC CONFESSORI SUO MALAS COGITATIONES
SUAS OCCULTET. SET MOX UT ORTAE FUERINT CONFITEATUR.**

NULLAS {**CASSIANUS** *add. in mg.*} PENITUS COGITATIONES PRUrientes in corde pernitiōsa confusione celare debet *christianus*. sed confestim ut exortę fuerint eas suo manifestare sacerdoti. Unde {**FRUCTUOSUS** *add. in mg.*} et presul beatissimus martyrque gloriosissimus fructuosus ait. Cogitationes inlusiones. et neglegentias proprias suo *semper* *necesse est*. ut *christianus* referat sacerdoti. et ex illius cognoscat discretio {discretione *corr.*} uel iudicio quid adtendat.

Kerff: 1.15

Source (rubric)

unidentified

Source (nullas penitus ... manifestare sacerdoti)

...

Source (cogitationes inlusiones ... quid adtendat)

...

⁹ medelę *written with cross through l (medelę), as if medeuele*

XVI. QUALEM DEBENT HABERE SACERDOTES DISCRETIONEM IN IUDITIO POENITENTIAE.

SECUNDUM {**BASILIUS** *add. in mg.*} MODUM CULPAE CAUSAMQUE peccati discretionem habere debent sacerdotes et rectores ecclesiarum dei in iudicandis subiectorum delictis. ut quanto tempore uel quali modo poenitere debent hi qui excedunt. siue *secundum* cogitationem. siue *secundum* uerbum. siue *secundum* actum. et siue *secundum* aetatem. siue *secundum* eruditionem et intellegentiam. siue *secundum* ignorantiam. siue *secundum* ordinem ecclesiastici [f. 13v] gradus et officii. siue *secundum* premeditationem. an subitaneo casu. an odio. an leuitate. an consuetudine. an repentino lapsu. et cetera talia. Quapropter oportet sacerdotem diuinarum scripturarum habere eruditionem et doctrinam. ut sciat unicuique peccanti ex earum instructione medicamenta poenitentiae tribuere. et in omnibus omnino excessibus congruam adhibere poenitentiam. cui summa discretione prouidendum est ne grauia pro leuibus inferatur. {inferantur *corr.*} aut econtrario pro maximis. leuis et parua poenitentia erogetur.

Kerff: 1.16

Source (rubric) *unidentified*

Source ...

XVII. QUALIS ESSE DEBET SOLLICITUDO CIRCA POENITENTES.

OMNI {**FRUCTUOSUS** *add. in mg.*} CUM SOLLICITUDINE ET INDUSTRIA curam gerere debet sacerdos populique rector circa poenitentes. quomodo qualiter quantumque deflent commissa. uel quibus modis. ieiuniis. orationibus. elemosinis. ceterisque *sanctis* insistunt operibus. uel si abstinent se a malis et inlicitis uerbis et operibus. et ut *semper* a peccatis et uitiiis recedant. et in sacro *sanctis* sint intenti studiis non solum uerbis predicet. uerum etiam oratione et exemplo adiuuet ut iacentem erigat.

Kerff: 1.17

Source (rubric) *unidentified*

Source ...

XVIII. POENITENTEM EX CORDE QUOMODO OPORTET SUSCIPI.

Michael D. Elliot, July, 2013

Collectio quadripartita, Book 1 (Stuttgart HB VII 62)

POENITENTEM {**BASILIIUS** *add. im mg.*} EX CORDE ITA OPORTet suscipi sicut *dominus* ostendit cum dicit quia conuocat [f. 14r] amicos et uicinos dicens. Congratulamini mihi quia inueni ouem meam quam perdideram. {Lc 15:6, 15:9}

Kerff: 1.18

Source (rubric) *unidentified*

Source ...

**XVIII. ERGA EUM QUI PRO PECCATO NON POENITET QUALES ESSE
DEBEMUS. BASILII EPISCOPI.**

ERGA EUM QUI PRO PECCATO NON POENitet. tales esse debemus sicut *dominus* precepit dicens. Sit tibi sicut gentilis et publicanus. {Mt 18:17} et sicut apostolus docuit dicens. subtrahite uos ab omni fratre ambulante inordinate et non *secundum* traditionem quam tradidimus uobis. {2 Th 3:6}

EXPLICIT LIBER PRIMUS.